Joh. de sacrobosco et aliorum annus perfectus
sive annus magnus continet 36000
annos cum tamen macrobius et alii ponunt
aliter. Sed que sit vera quantitas magni
anni sive anni perfecti. Si aliquis sit talis
nescio et pro dubio relinquo. Sed in pali
ntheo libro 20 .f. ubi tractat auctor de 3a
de iubileo anno — etate mundi. Sic dicitur iubileus quidam annus in
stitutus ab abraham in 70 anno quod quia tunc
loch fuit 70 annorum aut quia abraham
astronomus peritus novavit quod incipies que
conveniet a planetis elevatis seu depressis
usque ad 70m annum ad quem redeunt
et quod abraham videtur in astris mutatus
est in terris ut i. Et magister joh. rotes
dicit quod post annos 737 omnes stelle et omnes
planete ad eundem punctum redeunt et per casdem
lineas ut prius vadunt ut i. Et plato in
thimeo libro primo dicit phetontem filium solis
effrenatis currum patris currus ascendisse ha
bens nec tenuit solemnibus aurigationis
orbite . circa ipsum quod flammis terribus
flagrasse fabula dicitur ut putatur. Sed est
res vera. Sic in nullo intervallo temporis
cursus mundi quedam exorbitatio et inflammatio
universitas consequatur unde est tunc in hiis qui
in siccis et editis locis habitant magis periunt
quam qui vicinis litoribus et fluviis ut plato
et quod ibidem pheton quod fabulose fingitur solis
dicitur in vita calor solis est quod post spacium
10 milium annorum quod spacium magnus
annus vocatur ad solem videtur ascendere
vastaret terram humoribus terrena comburet
et ita fit exorbitatio quia quasi cursum solitum
videtur dimittere ut ibidem in glosa et hermes
remegestus libro 10 in principio et iulius firmicus
libro 30 in principio dicunt quod interitus humane
fragilitatis non potuit se extendere
ut mundi originem facile possit ratione com
prehendere aut explicare presertim cum trecentorum
milium annorum maior apotastasis .i. revolucio
contingat per tyrosin aut per cataclismum fit consue
his enim duobus generibus apotastasis .i. revolu
cio fieri consuevit tunc ergo exustionem di
luvio .i. tyrosi ita cataclismus sequitur na
enim re ab alia exeunte res potuerunt re
nasci nec ulla re alia ad pristinam
formam revocari nisi admixtionem
aliquam contraxerit pulvis favillarum omnium

generalium secundum collectam concepit secundum rec
tilum et ponit magna accidentia sive magnum
annum continere 960 annos in quo et tempore dicuntur
contingere mutationes regnorum et sectarum et id
tempus sumitur ex accessionibus et recessionibus
octave spere secundum viam thebit ut ponitur
in de vetula libro tertio. Dicit ex albu
libro 20 de magnis coniunctionibus tractatu 3 versus fine
ubi dicit sic et ita dixerunt virgilia in diu
quod orbis celestis habet motum 8 graduum in
quibus accedit et recedit et quod accessus eius
in omni gradu et recessus est in oibus 80 — de sentencia alfonsi
annis et quam in accessione ac et in recessione
et id est cum mutatur saturnus de signo in
signum et precise ad signa designata nam
cum iam fuit sicut esse accinum in mundo et
signa celestia et terrestria et mutationes
sectarum et regnorum et bella et infirmitates et
terre motus et quod est vis adhuc cum fuit tempus
completum 80 annorum quam accedit orbis gradum
perfectum ac quam recedit tantum et iam fiet similiter
alteratio vel eius maior cum complevit motus
orbis istos 8 gradus accedendo sive recedendo
et id contingit in omnibus 640 annis. Cum igitur
volueris scire adventum eius ac reditum
in quo tempore erit id et quantitate graduum ad — non dicitur et re
ventus aut reditus adde super annos ser et re generaliter
dagird persicos 989 et quod aggregatum fuit
divide per 640 et de eo quod exierit
demat unum incipiam a reditu orbis
et perga ab eventu eius et considerentur ubi
desinunt et desinet in adventu orbis est
adveniens et si desinet in reditu orbis
est rediens deinde considera quod remanet
de numero quod non dividitur et deinde per 80
et quod exierit erit gradus et permanet
numerus 80 sunt partes gradum et fuit
orbis proportio in adventu in principio anni 267
gerdagherd usque ad 7 gradus sed minuta
47 et 2 et locum addit quotlibet gradum
provenientium ex motu orbis locis planetarum
in temporibus stonis et medicis et locis stellarum
fixarum. Si orbis fuit veniens et si fuit
rediens diminuet quod provenit a locis planetarum
ex gradibus reditus eius et numerus ex
8 gradibus et addit quod remanet locis
planetarum et ut certificetur loca eorum sed quod
contingit plus de augmento in tempore nostro
et eodem capitulo 80 21 tractatus dicit albuzar
quod quantitas temporis vite regni in omni secta
quod quantitas temporis vite regni est secundum quantitatem 10 revolucionum saturni maior
erit sed quantitas 10 revolucionum
quam continet 300 annos eo quod revolucio
saturni 30 annos est et id tempus proprium
esse temporis in quo mutatur quorum aliquorum
de una triplicitate in aliam quod est spacium
240 annorum in quo accidit similiter mu
tacio sectarum et regnorum ut predictum
est unum et permutatio et si complete
fuerint 10 revoluciones saturni et permutatio
si conveniat illi saturno permutatio

2

ad signa [illegible] et fuit ascensio eorum
tempore signa mobilia [illegible] hic significabit
mutationem et fortasse accidet ex istis
horis in quibus [illegible] prodigia similia
et terrores ut cauda stellarum et terre
motus consilia et proprie si fuit cadens
ab eo super quem mutabit res cum
et motus considerantur eius in quo permutat Sa
turnus ad signa cum fuit seu mobilia
et si super aspicit eum aut fuit in eo
nullo signo mixtum malum quod si accidet super
eo et debilitatur et corroboratur mars ex
descensu suo in angulos descendentes significat
permutationem plurium rerum vel dispositionem et dimen
sionem earum et descensus eius Saturni non est
in capita signorum mobilium nisi in omnibus
annis et medio et cum accidit cum complet
10 revolutiones permutationis et dispositionis maxime
ex appropinquatione coniunctionis et permutatione vite et
sectarum et consuetudinum sicud posuit alzar
exemplum de permutatione vite persarum per ill
legem philippi et de mutatione secte per xm
salvatorem nostrum et de multis aliis muta
tionibus quarum aliquid contingebat successio
ne post aliam post 10 revolutiones saturninas
Et quidam dixerunt alii quod quantitas temporum vite
erit secundum quantitatem temporum seu annorum plus significatius
vite et si ille annorum eorum maxime
anni et ponatur tabula annorum super
via alzar 1o maioris introductorii differentia
8a in revolutionem centrum orbis accidit
maxime permutationes magne secundum successionem
orbis et scilicet post mutationes quatuor
duorum altorum a capite arietis ad caput
arietis et est a triplicitate in triplicitatem
et post mutationem duorum infortunarum ad signum
cancri fuit multa prelia et guerre et
permutationes regnorum multe ut post probabit
hic in se tempora magne revolutionis in
quibus sunt permutationes magne fuit
effectus et [illegible] et grandes contingunt
et plurima inaudita et mirabilia et mi
mitatur que quod tempora seu revolutiones
temporum et motus varios consequitur
et proprie motus trium superiorum planetarum
et stellarum fixarum per eorum motum tar
ditatem Capitulum xiii de natibus coniunctionum
Et secundum alzar libro 10 eiusdem capitulo 20 et
incisione saturni et iovis quando
erit appropinquatio coniunctionis dixit enim quod cum mu
tatur quotiens a triplicitate in triplicitatem Si tunc
fuit ab 3 trium superiorum in 9o vel in 10o
ab ascendente eiusdem quotiens significatur appropinquatio
eorum et maxime saturnus significabit hic
natiuitatem coniunctionum Si autem fuerint ipsi in
gradu ascendentis aut 9o et luna in
signis quibus significat quod natiuitates eorum
fuit in 12 significatione eiusdem quotiens vel
tempore profectionis orbis 2 ab ascendente
quotiens secunda autem morum eorum accipitur
ab luna in revolutionem anni signi
ficantes natiuitates eorum unde si luna
fuit in sua dignitate sunt in suo

significat honestatem morum eorum Si vero fuit
contrarius huic significabit contrarium bona autem
coniunctionum eorum per signorum accidentium ab aluptam

10	9	11	12	7	8	3	3	anni fardarum
1461	720	267	421	284	1171	0	0	anni magni
120	108	71	79	60	82	0		anni maiores
39	39½	43½	47½	40½	42	0		anni medii
19	27	30	12	17	8	0		anni minores
Sol	lune	Sat	iovis	mars	mer	cap d	cauda	

super ascensiones natiuitatum eorum Si
non fuit aluptam saturnus omnes res mundi
et difficiles Si vero iupiter et omnes eorum
religio et si fuit apud lunam aluptz et
si fuit in loco laudabili ab ascendente significat
perfectionem elucidatorum eorum predicatorum
et unum miraculorum et appropinquationum magne
si fuit luna separata in loco separationis
eius a nodo sive puncto quotiens quod tunc
significat elationes eorum et narrationes et erit
de hiis qui hedificabunt sapientiam in ui
uente eorum et si non separata fuit luna
a nodo quotiens et iuncta fuerit planete
qui eam recipiat significat quod eorum loquela et pre
dicatio erit accepta et credita sicud
superius quando aspexerit coniunctionis eorum accipitur
ab ascendente quotiens et a loco quotiens quod significat
appropinquationem eorum Si non fuit ascensio aliquo
dominorum trium superiorum planetarum vel quadrantis
iovis vel dominus eius et fuit Saturnus
in angulo per gradus equales et ducto ab
ascendente quotiens et ad locum quotiens et ad
unumquodque signum annum unum secundum profectionem
Si vero non fuit ascendens unius eorum que
dignius erit ducto a coniunctione ad ascen
dens coniunctionis ad unumquodque signum quotiens
dat signum est quod hoc significat quod hora
natiuitatis eorum et erit in hora visi
omnis orbis ad ascendens scilicet incido ab eodem
ascendente et extendo ad ipsum per profectionem
et hoc erit in 12 annis Erit quod apparitio
eorum tempore reversionis quotiens ad signum
in quo fuit quotiens tempore natiuitatis eorum
et fortasse ~~eorum~~ erit in subsequenti specie
eiusdem quotiens et erit quantitas annorum eorum
equalis tempori quod fuit inter horam natiuitatis
et horam appropinquationis eorum et erit exitus
eorum de [illegible] signi in quo ceciderit
quo actus quod eorum erunt in omnibus signorum
que sunt in 3o aspectu ascendentis quotiens
erit quod dies spacii regni eorum secundum quantitatem
multitudinis annorum domini signi omnis in quo
apparebunt actus eorum decreta et leges
eorum posuit albumasar differentia 3a eiusdem
tractatus primi dicens quod cum iupiter
proprie significet fidem et diversitas fidei
seu legum in temporibus et viribus atque
sectis non erit nisi ex complexione
Saturni et ex complexionibus aliorum
planetarum necesse est ut aspiciamus iovem
qui si fuit in loco fidei ab ascendente
quotiens que significat mutationem et alibi
si locus fuit ei complexus erit iudeorum
in hoc secundum ipsum Si non fuit complexus Satur
no et fides eiusdem erit iudaismus
quod convenit nature Saturni eo quod omnes
planete coniunguntur ei et ipse nulli eorum
Iudaica fides nulla alia fide
omnes homines contenti eam
et si complexus fuerit ei mars significat

culturam igneam et fidem paganam Et si
complexus fuit sol significat cultum stellarum
et iudicie celestis cuius princeps est sol
et signa culturam ydolorum et eorum que po
nuntur credunt pro creatore Et si coniuncta
fuit ei venus significat fidem veneris et iudeorum
ut est fides sarracenorum. et si coniunctus fuit ei
mercurius significat fidem christianam et omnem fidem
in qua fuit occultatio et dubietas seu grauitas
tas et labor Et si coniuncta fuit ei luna
significat dubitationem et volucionem et mutationem
et expoliationem a fide et hoc fit propter velo
citatem corporis lune et celeritatem motus
eius et paucitatem more in signo
alterius alicuius sectam huius rei ex parte ille
dominus ascendentis quod si fuit saturnus fit labo
rem cuiuis eiusdem secte Et si fuit
iuppiter erunt religiosi cultores continue
Et si fuit mars erunt auctores re
gnacionis effundentes sanguinem et pauci humiles
Et si fuerit sol erunt habitu venusti
vel pulcre apparitionis vel decore Et si
fuit venus erunt diligentes et delecta
tiones ac voluptates Et si fuit mercurius
erunt sapientes exercentes disputationes
Et si fuerit luna erunt secundum quantitatem
planete cui complectitur luna et eodem
modo poteris iudicare de condicionibus populi
vel ciuium in regno propter naturam domini ascendentis
coniunctionis significantis mutationem regni et hec
dicta sufficiant Capitulum 7m de mutationibus regnorum

6 Modo restat aliquid tractare de mu
tatione regni secundum vel de brevi/ quia interi
tio mea circa hac in hoc loco non versatur
nam pro nunc tamen narrabo hic aliquas regulas quas
ponit albuzar tractatu 2o de coniunctionibus magis
dicendum vero est prius quod propter mutationem coniunctionis.
saturni et iouis a capite arietis ad
caput arietis de triplicitate in triplicitatem vigor
et sectarum/ Et omnes hic plana addendum dicit albuzar
libro eodem tractatu 2o dicta prima quod in aduentione
secte huius permutationis nota est scientia ascen
sionum incepcionum almamarath .i. transi
tus in quibus fuit inicium vite et secta
ascensionum in quibus accidit illa vicissitudo
et ascensionum annorum et quartarum et ubi dignitas
utriusque rei de loco suo et dominum huius conditionum
eorum et ubi fuit permutatio vite .de
populo ad populum de secta ad sec
tam apud finem reuolucionis seu quando
finitur orbis et quando cecciderit permutatio
secte vel vite in triplicitate seu in triplicitatem
ascendentis coniunctionis. de triplicitate in triplicitatem
aut in sextile eius aut in angulum an
gulorum eius nam si res fuit sic narra
uimus significat vite regi permutationem et appa
ritionis cuiusque gentis super quam significat signum
almamari .i. transitus et commissio vite
regni ad eos incos / Cumque finitur permu
tatio revolutionis / vite regni considera
ad quod signum peruenit annus cum permutatur

quo de triplicitate in triplicitatem [illegible]
in quo [illegible] [illegible]tatem et
[illegible] [illegible] ad [illegible] regni
vicissitudo [illegible] ad [illegible]
venerit annus [illegible] [illegible] [illegible]
significat [illegible] permutat vicissitudo
[illegible] [illegible] ad [illegible]
hoc quod [illegible] [illegible] si fuit domus
domini [illegible] [illegible] regno quod peruenit ad
aliam que super dictam [illegible] et que res se
habuit [illegible] loci significatorum et [illegible]
[illegible] annum cum permutatur quo
de triplicitate in triplicitatem nam si venerit
annus ad aliquem ex angulis ascendentis
secte et fuit ascendens anni in alia
secta fixum significat continuam vite regni
usque ad horam complementi reuolutionis
postquam peruenit annus ad domum planete
almustauli .i. dominum sed esse gentis scilicet est
dominus domus coniunctionis et significator vite
regni et secte eorum nisi forte cadat
quietas in regno ab hac permutatione
quibus ex triplicitate in triplicitatem multiplicetur
querere in ex[illegible] et removeatur eorum
bonum et dilectatio apud gentem seu in hora
coniunctionis super que triplicitatem significat quod propter
infirmus et quando fuerit saturnus in
hora coniunctionis transiens super iouem
significat quod mutatio que fiet in illa hora
erunt per censum et per iniusticiam
Et si fuit iuppiter transiens super saturnum
erunt ille mutationes super iusticiam et
equitatem Et si fuit dominus [illegible] coniunctionis
aut oppositionis ante initium anni et an
reuolutionem annorum quod erit infortunatus significat
exitum insurgentium in reges et gerorum
eorum in temporibus futuris Et quando fuit coniunctio
eorum in mobilibus signis significat mutationes
quas et quando in signis fixis significat stabi
litatem rei et dicit figuram eius et quando
in signis 2 corporum erit res medio
cris et significat quando contingent significat quod est
plurimum disputationis erit in regionibus
suis et distinctionis inter saturnum cum alio
peruenit annus ad aliud ascendens secte
et fuit dominus eius infortunatus illud significat
dissensionem et si fuit in forma significator
gentis et fuit dissensio inter eos
erunt ipsi destructiones sue vite et
dissensores in eadem probabiliter esse eorum
in 1o Et si fuit permutatio alma
mari .i. transitus in aliquo annorum
et non fuit ex annis permutatio secte
significantibus inspiciatur ab ascendente permutationis
almamarat in qua fuit secta cum
permutatione secunda Et si fuit permutatio
almamarat superiorum permutatio vite regi
extrasalis et cum ascendente almamarat primi
quando mutatio 2a facta est in initio
eius permutatio vite et regni uno populo
ex una in alia ad aliam et hoc cum

2

dnatur reuolucionu ass planetar ipso
rū et erit pmutaº cu peruenit reuolu
ad asc rex et tu signauerit quos pmu
tacio et fuit i [illegible] duor cm asc
d sigt p pmuto erit qn peruenit ang
pi ducone ad [illegible] q et si no fuit
in illa hora et [illegible] et si fuit
qº in priº sign erit pmutaº in pce z
et si fuit in me [illegible] erit i pce z et
si fuerit in fine erit id in quiete pa
et gsidea itm pte regni si cecidit in
pri sigr cuues illas secte inficient
se adinvice Si cecidit in medijs cor
regnu cor durabt Et si in finibs cor
sigt q getes exibut q cas ex alia
secta queretes regnu Et si volueris
scire qlz getiu ad qs pmutabit vicissi
tudo gsida ptem regni cu plar puls
et scias q ipm regnu pmutabit ad ge
tes quor ipe pla cu ipe impulit sig
tor existit Et scias q ps regni ut dt
albuzar dra gta ttus pmi est illa
q acci a mite in luna supq augetur
gradq asctl pfectois sigtis pmutacois
et pictr ab eo Et quo pvenerit
ibi erit pars regni [illegible] acci larg
ptis s ut accipias a gradu asctl gois
in gdu gor z augetur sup gradus
asctl reuolucois et picitur ab eo z
quo pvenerit i erit ps regni 300
exhr ps regni sic s a gdu me celi
sol i mem celi reuolucois in die et noc
te et augentr sup gradq Jouis et pict
ab eo quo pvenerit i c ps fore
Extient aut he z ptes in duobs chn
et inde dra de his s poem cor
in circulo z s aspem fortu z isfor
ad cas cqualr at sciemq ad qua p
tem pmutabit regnu et loca ciui
tatu in ea ex isto nm ont albuzar
dra 2 ttus 1 d magnis gibq
sic dices gsidera ptem regni que
si fuit in pte orientis erit pmutaº
ad eam Et si fuit in anlo terre
erit pmutaº ad ptem itonis z cq
tatate tre latior Et si fuit i me
celi erit pmutaº ad parte midiei
Et si fuit int illos angulos ppoima
bit pmutacio ad partem que fuit
ppinqor vni duor angulor quisius
fuerit Et si qlitem scias locor mu
cor scire desideras situ gsidera desce
sum dm ptis regni in circulo que si
fuerit in medio celi erit in medio cli
matu Et si fuit remotq remocior
mutes cor ab 1º tio s q est locq
eius ab oriente midie occidente
itone aut mutes erunt int
illa pte Et si fuit agteu eru
nes sup littora maris Et si flumia

ut gsideras in diuc annor
in qbus aliqs plar sit i mto exal
tacionis sue z luna iuncta Nam
cu illa fuerit significat appnaz illq
planete vo in toto modo recipue si
fuit dnq anni et fortasse trans
portabit habitaciones regum ad
climata quoru significator existit
gdeora aut regni seu vite in cunbq
secte quse ad reges dicat albuzar
in 3 dra eiusdem tractatus z sic
dicens gsidera locu ptis regni ab
asctl pmutacois gois sigtis eorum
vicissitudine q si fuerit in anglo
z dominus eius in angulo signifi
cat fortunam eorum fore s qnti
tate temporu reuolucois annor
seu orbis mag q e 960 am solares.
et si fuerit pars remota ab angu
lo significat q mora eoru erit s
qntitate reuolucionis medie q e 2lo
solares et si fuerint ambo cadetes
ab angulis no aspicientes ambo asctl
et mora eorum s quatitatez re
uolucois mi q est 10 am solares
z forsan addet mora cor sup ista
in triplicitate degstacia seu fixione
vite et remocoe eiq et ecl scia
qntl more cor exhr ex alia pte
s ut gsides quietom et loca aliquis
ex planetis et luna gpoc et si fue
rint in angulis erunt illa qtl moc
cor s qntitate orbis magni Et si
fuint in succedentibq erunt s qntitatez orbis
medij et si fuint remoti erunt s qntitatez
orbis mi et aliquando exhr scia
illius et sciencia fortitudinis vel
debilitatis cuiuum ex parte descessq
eius et domini eius ex diuisionibq
circularibq q si fuerit qº signis
vicissitudinem et dominus eius
in angulis saluus a nocumentis
boni q descensus in circulo et no
infortunati tunc hoc significat
fortitudinem cuium ptis illius et victo-
riam cor et augmentu reru cor
et diuturnitatem mois cor Et si fuit
quietio z dominus eius in angulis
sigt infortu aut in angulis plane
tarum retrogradancium aut cade
ciu tunc illud significat breuitate
more coru et remocoz vite coru
et morte cor et plus apparebunt
iste significacos in teris z regioibq
quar sigm 19 glns erit sigbus
scia vo moru et condicionu cuiu
acci ex na dm asctl gois et re
ponuntur ad hc in fine cal ubi d
tatu est de applicacoe pphiar Scia
vero qualiter s ciues secte quse
ad reges se heat cu cuibq secte ab

ps regni

eis remote exhi ex parte domini partis
regni quia si aspiciat significationem secte
prime ex fortuna forti ut ex trino vel sextili
salvatur ab horroribus et si aspexerit
ex infortunii figura ut ex
oppositione significat quod bella erunt inter
eos et sanguinis Et fuit in mar
ti in aquario angulorum 12 hec for
tunem in re et vehementiam
qualiter autem sit iudicandum per nativitatem
regum et per eorum elevationes et de eorum
moribus et perfectu apud cives eorum
et de mora eorum in regno et de eorum
detrimentis et de aliis que contingunt regi
bus et civitatibus eorum satis diffuse
pertractat albumasar differentia 3 usque ad differentiam
8am 2i tractatus de coniunctionibus magnis et ha
ly abenragel libro 8o per magnum processum
nunc vacat plura scribere de hac materia
ad presens eo quod est omnino contra propositum iudiciorum
eorum que contingunt ex aeris mutacione
secundum communem

Olo iam videre ad significationem coniunctionum
superiorum et unde quod sentiebat
messahala de illis coniunctionibus secundum quod dicit in libro
suo de quibus dicit quod res magne eve
niunt de quibus planetarum altiorum et hoc
fit a tarditate motus eorum Cumque coniuncti
fuerint omnes tres in uno signo vel facie
et aspexerit eos sol significat hoc destructionem
sectarum et regnorum et eorum mutationem nec
non et res maximas secundum quantitatem fortitudinis
eorum et secundum cum quo venerit in signis earum
et hec est maxima coniunctio que fit prophetas et ad
ventus prophetarum et destructionem quorundam climatum
nec non et res maximas et precise si advenerint
aliqui planetarum inferiorum et scito quod fortior
eorum est significator quia si fuerit fortuna significabit
fortunam Si vero fuerit malus significabit tribula
tionem et impedimentum et scito quod hic pl[anetae]
cum fuerint in exaltationibus suis significant
bonum et tempus aptationis et multitudinem bellorum
et commotionum et omnium miraculorum Si vero fuer
int fuerint in descensibus suis significant detrimentum
et corruptionem et siccitatem et famem nec
fuerint fortuna etc. Et dicit messahala eodem capitulo
ix quod maxima est quando omnes tres superiores
coniunguntur in eodem signo vel facie et aspexerit
eos sol ut dictum est et hec coniunctio significat
mutationem regnorum et sectarum et destructionem
climatum et apparicionem prophetarum et res maxi
mas Secundo coniunctio saturni et iovis ut dicit
messahala capitulo x est maior et significat eventus
in mundo et sectas et capitulo xi dicit quod coniunctio saturni
est 3o media et significat eventus qui fuit
ex guerra et bellis et contrarietatibus et
cum eo concordat albumasar libro 2o de coniunctionibus

magnis differentia 8a quarto vero iovis et martis
ut dicit messahala capitulo xii est coniunctio minor et significat
eventus ex pluviis et umbribus et corrup
tionem aeris et fit et guerram Sic albu
masar avenasare in suo libro de coniunctionibus et annorum
revolucionibus secundo capitulo 63 et ptolomeus
et hali in centilogio propositione 78 et 62
voluit intelligi per coniunctionem maiorem saturni et
iovis et non et quarum mediarum
coniunctionem eorum cum mutatur in novam tripli
citatem et coniunctionem minorem cum coniunguntur in reliquis
signis et idem vero dicit ovidius in de vetula
libri 2i Et dicit ptolomeus in centilogio propositione 63
quod in coniunctione minori secundum motum ultimo dictum
supple et divisio coniunctionis medie in media
magne et secundum hali sic debes scire ubi applicant
maioris coniunctionis perfectio quando fuit coniunctio media
et ubi perfectio medie quando aer fuit et secundum
hec iudicabis capitulo vii de coniunctione 2arum infortunarum
in omnibus signis

Et quia iam dictum est quod coniunctio saturni et
martis tractatur sit bella et guerras
ipsa tamen coniunctio eadem maxime sortitur effectum
cum fuit in signo cancri quod hoc signum est
detrimentum saturni et casus martis ut dicit albumasar
eadem differentia 8a 2i tractatus et hali 2o quadripartiti
ptolomei capitulo 9o et dicit ibi hali quod cum 2e infortune
coniunguntur in signo cancri dampnant bona hominum
suam eo quod oppositum cancri domus utriusque et est
detrimentum casus alterius ideo crescit malum suum et forti
ficatur corruptio ita quod hec coniunctio habet significacionem ma
gnam de populandis habitacionis et plurium et guer
rarum et maxime si eius vita cum duobus luminaribus
misceatur et precise si eclipsis magna
continuabitur cum coniunctione vel luna et albumasar eadem
differentia 8a 2i tractatus enumerat plures effectus magnos
secundum ex guerris et ex morte regum et ex
aliis causis que contingebant statim post coniunctionem
duorum infortunarum in cancro per hoc in 2o patet quod hec coniunctio
sit magne significationis et magis effectus
cum fuit in cancro Modo narrabo
quod significet coniunctio duorum infortunarum in reliquis
signis iuxta sententiam albumasar in eadem 8a differentia
dicit enim quod cum coniunctio fuit in ariete significat guer
ras, et si iupiter et luna testantur, eius
significat siccitatem, et penuriam et iustitiam, et significat
maris apparitionem, Et si fuerint coniuncti
in tauro significat guerras, Et si iupiter
cum eis, significat mortem bestiarum et infirmitates
earum, et multiplicabuntur mores mulierum
et vincet eas, super eos quod si fuit ideo cum
testimonio 2arum luminarium, et iovis et veneris
significat ideo multas lites et deceptiones in gentibus
et rumores terribiles et augmentum aquarum
et mortem regum. et oppressionem inferiorum. et dispersionem
bestiarum et caristia earum. et effusionem sanguinis
et detrimentum in arboribus et plantis cum
multo flatu ventorum Et coniunctio eorum in geminis
significat guerras inter orientales Et si fuerit
cum testimonio 2arum luminarium et veneris et
martis commovebuntur milites super reges

quod fit coniunctio saturni et iovis

quod est et significat

De ☌ ♄ et ♂ in omnibus signis

et diminutio animalium et sterilitas victualium et ☌ eorum in cancro fit contra pluvias. Et si fuerit cum testimonio lune et iovis ad eos fit siccitatem in omnibus orizontibus. et ☌ eorum in leone significat guerras cum timore generum ex rege et signa celestia et [illegible] motus cum destructione arborum et animalium. Et si fuerit cum eis luna significat infectionem regum admixtionem et vehementiam caloris. Et ☌ eorum in virgine fit guerras et infectionis et si mercurius testificatur eis significat impedimentum in senibus. Et si luna testificatur eis significat destructionem fructuum et erit destructio in mulieribus. Et ☌ eorum in libra significat guerras et si iupiter testificatur significat malum nobilibus accidens in lascivus in terra et accidit rubedo meteo in 10 anno. Et ☌ eorum in scorpione significat guerras et si fuerit iupiter cum eis et luna significat multas pluvias in pluribus locis et commotionem marium. Et si fuerit cum eis venus fit multitudo venenum et serpentium et multitudo nemorum iniurie. Et ☌ eorum in sagittario significat guerras cum testimonio iovis mercurii et lune fit multa bella et commotionem regum et nobilium et sapientum et scriptorum et tractatorum. Et ☌ eorum in capricorno significat guerras et si testificetur sol et mercurius erit infirmitates et ruina regibus cum multitudine ventorum fulminum et nubium et combustionis et paucitatem pluviarum et multos latrones. Et ☌ eorum in aquario significat guerras et si testificetur luna erit paucitas pluviarum et multitudo nubium et mors mulierum et abscisio in itineribus. Et ☌ eorum in piscibus significat guerras et si iupiter testificatur utrique significat mortem nobilium. Et si fuerit sol infortunatus cum marte erit interfectio regum et si ipse infortunium fuerit extra ☌ significat paucitatem [illegible] et multitudinem animalium marinorum et multiplicatio generatur. ☌ eorum cum illis signis habentibus exaltationem vero si ☌ fuerit in gradu exaltationis planete significat quod cives illius climatis cuius ille planeta est significator consequentur malum et infortunium et destructionem et presertim si domini exaltationis eos aspiciat. Et si aspexit eos ex signo fixo fit longitudine illius mali et fixione. Et si ex signo communi significat mediocritatem et in [illegible]. Si ex signo mobili significat festinationem finis eius et paucam constantiam eius. Et si non aspexit in gradum sed reddatur ad planetam lune utriusque ad eum consequentur cives illius climatis difficultatem et corruptionem per quosdam homines ignotos quibus indiget aut per quosdam homines qui non erunt de civitate eorum. Sed si non aspexit eos nec ab planeta [illegible] lune utriusque et nuerit super cives illius climatis angustias et tristicias deinde removebitur ab eis id et non consequentur ad homines et multus exhi[illegible] quali sine significationis duorum infortunatorum

ex parte descensionis utriusque in omnes tri[illegible] plicitates sive acrima inferiora quia cum fuerit alia eorum in angulis aut in aliis locis apparet et perfectus ex signis per dispositionem aliorum et erit id in fortitudine et debilitate secundum alias species. Sed supra super et directionem earum c. viii de quoque duorum infortunatorum in singulis domibus celi

In consideratio ☌ duorum infortunatorum cum fuerit in singulis domibus. Cum coniunguntur in ascendente significat id plebis novum metum generate. Et si iunguntur in 2o aut in 8o fit destructionem [illegible] et malam famam de [illegible] et egestatem et paupertatem et debilitatem in vulgo. Et si iungantur in 3o aut in 9o significat malum in certis et actum horribilem destructionis. Et cum iunguntur in 6 aut in 12 fit multitudo depredationis bestiarum. Et cum iungunt in 11o exibit inimici ad plures partes. Et cum iunguntur in medio celi significat mortem magnam regum in climatibus et presertim regum quorum significat signum in quo iunguntur hi. Hic sed dicta albuzar ibidem de ☌ duorum infortunatorum in singulis signis et domibus sed tamen [illegible] signis quoque saturni et iovis in quibus significat satis apparebit per quem tractabi de significatione cuiuslibet signi vel domus cum fuerit locus [illegible] vel locus eclipsi vel ascendens [illegible] inceptionis vel venit perfectio ad illud

Capitulum ix de ☌ iovis et martis et

Cum iam tibi significationes coniunctionis duorum altiorum et [illegible] duorum infortunatorum in[illegible] secundum sententiam albuzar et messahali. Sed de ☌ in[illegible] scilicet iovis et martis parum locutus est albuzar in libro suo de coniunctionibus magnis. Sed messahali in libro ☌ capitulo ultimo breviter loquitur de ea ☌ dicens quod ☌ maior iovis et martis fit eventus qui fuerit ex pluviis et nivibus et corruptione aeris et significat guerram quorum ☌ si prefuerit fortuna significabit ipsa ☌ fortunas et si prefuerit malus significat impedimentum et scito quod cum iunguntur iupiter et mars in ascendente anni vel in aliquo angulorum eius significant commotionem et discordiam regum nisi aspiciat fortune. Et scito quia cum iuncta fuerit fortuna cum malo apparebit natura illius qui fuerit fortior et si iunctus fuerit malus cum malo vincet malum in effectu nisi prefuerit ☌ fortune multe. Sed c. x de significationibus omnium planetarum in [illegible]

Volo tibi tradere sententiam de significatione coniunctionis omnium planetarum adinvicem in [illegible] [illegible] coniunctionis altiorum planetarum cum inferiorum iuxta sententiam messahala in libro suo de ☌ c. viii dicit quod ☌ planetarum significat eventum et res maiores et significat fortunam et eventus bonorum hoc est cum vicerint ~~[illegible]~~ in [illegible] coniunctionis planetarum fortune. Si autem mali vicerint significant impedimentum et eventum malorum. Et scito quod significant cum coniuncti fuerint in aliquo eorum significant mala multitudinem corruptionis in [illegible] eiusdem signi hoc est si fuerit ☌ in signo ascendentis significant corruptionem ex pluvia et de ceteris signis. Et si coniuncti fuerint in signis frigidis significant pestilentias et mortalitates in frigidis aliis et sic erit narratio in masculis. Et scito quod coniunctionis

☌ maior est iovis et martis

[illegible]

planetarum et eclipsis luminarium cum fuerint
in signis fixis significant stabilitatem mali et eius
corruptionem cum fuerint in signis mobilibus
significant paucitatem stabilitatis mali et eius cor
ruptionem in signis quibus significant mediocritatem
in malo similiter et in bono. c. xi ordi
nes quando sit iudicandum per eos quos tamen
superiorum

Quomodo est dictatum et de signis magnis

Verum iam volo ondere modo qualiter
sit iudicandum de accidentibus in modo per illas
coniunctiones et nitendo observare eundem modum
iudicii per illas coniunctiones quem observat ptolomeus
2° quadripartiti ubi docet iudicare per eclipsim
sic michi videtur racionabile faciendum unde secundum
doctrinam ptolomei cum volueris iudicare per
illas coniunctiones magnas 4or sunt primum considerande
randa ut finale iudicium exinde habeatur
primum non est scire in quibus locis vel terris
vel regionibus contingent effectus significati per
coniunctionem aliquam magnam. Secundum est scire quando
eveniet effectus eius et quamdiu durabit.
3m est scire in quo genere rerum huius
mundi inferioris contingent effectus. Et quartum
est scire qualitatem actus eius et cuius
sit effectus vel bonus vel malus. Primum
autem illorum est scire in quibus locis terre
vel regionibus contingent effectus coniunctionis
hoc sciemus iuxta viam ptolomei 2°
quadripartiti capitulo 7° considerando signum in
quo fuit coniunctio. nam nominantur terras et regi
ones et civitates que triplicitati illius signi et
illi signo convenient vel sub cuius signi
et eius triplicitatis dominio. fuerint terras et civi
tates que signo coniunctionis assimilantur.
Similiter per signum sit ascendens hore edificationis
cuiuslibet terrarum et civitatum. vel si cognoscetur
ascendens edificacionis carum per signum coniunctionis
sit medium celi in illius regis nativitate
qui tunc eiusdem terris seu regionibus vel
civitatibus dominabitur in quibuscumque vero terris
regionibus et civitatibus hec que predixi con
tingunt seu maior eorum pars in omnibus
eius significacionis future eius coniunctionis
eveniet et maxime in illis terris vel regi
onibus que signo coniunctionis assimilantur eo
modo quo predixi vel sub eius dominio fue
runt et albuzar in tractatu suo de coniunc
tionibus magnis dicit et dicit quod cum ceciderit
coniunctio magna in triplicitate terrea in parte
orientis et 2a aliorum significabit. hoc fortitudinem tamen
orientis et fortius. signum de significacionibus eius est
capricornus mediocre vero est virgo et debi
lius est thaurus. Et cum fuit coniunctio in triplicitate
aerea significat fortitudinem tamen plage occidentalis
et fortius ex signis eius aquarius mediocre
libra et debilius gemini. Et si coniunctio
fuit in triplicitate aquea significat fortitudinem ci
rcuitum in parte meridiane et fortius signum
ex signis eius est pisces mediocre est scor
pio et debilius cancer. Et dicit messahala
in verbis quod coniunctio saturni et iovis si fuit
in angulo angulorum et maxime in medio celi significat

elevacionem regis qui gentis ex parte cuius
signum medium celi in quo coniunctio fuerit est consideranda
est scire quando effectus eveniet et quamdiu durabit
sicut albuzar dicit eadem dicta in tractatu
primi quod tempus apparicionis significatorum triplicitatis
prime si ignee erit ad 3m annum. post vero
secundum coniunctionis ad signum triplicitatis ad quam
mutata est coniunctio in triplicitate aut
aerea et terrea ad 4or annos. Accidit quoque
ut sit mutacio ex parte minus sed vel plu
rium significacionum mutacionis ad triplicitatem
igneam secundum hunc ordinem post 9 coniunctiones
ab hora mutacionis in aereis et terreis
post 8 coniunctiones et in triplicitate aquea post 6
coniunctiones sicut dicit ptolomeus in centiloquio et est verbo
7 et 81 aspice quantum est inter coniunctionem minorem
et ascendentem anni in quo est et tot intellige
hoc per coniunctionem inter coniunctionem Saturni et Iovis
tum mutacione de signo uno in aliud s.
in 30 annis. et quod signa fuerit inter
ea 20 loca ad tot annos et maior
significacio que ipsa significat. et habet illam scilicet
intellige de coniunctione saturni et martis
et iovis et sic secundum sententiam ptolomei 2° quadripartiti
c. 8. vide quot sunt hore mediales
inter ascendens et locum coniunctionis magne maioris
vel medie. et post tot annos eveniet
effectus et comparatio augmentacionis et di
minucionis dependet ex motibus planetarum
dominancium tunc temporis videlicet in loco
coniunctionis sunt in ascendente coniunctionis si fuerint orienta
les vel occidentales seu stacionarii
vel ascendente in principio noctis vel in
figura significacionis que fuerint accidentales
futuros properent. cum enim orientales
fuerint vel stacionarii agebunt et festi
nabunt futura. Et cum occidentales vel
sub radiis fuerint vel ascendentes in vespe
re vel ... futura minorabunt et tarda
bunt et tempus vero duracionis effectus
sciture ex fortitudine vel debilitate coniunctionis
cum coniunctio fuerit fortis et planete dominantes
fuerint fortes. et diucius durabit effectus
et cum fuerint debiles per minus tempus durabunt
effectus durabunt sicut post coniunctionem effectus consi
dera introitus annorum et quartarum
anni. Si enim concordaverint cum coniunctione
significacionis in ipsis temporibus apparebit effectus
coniunctionis secundum maioritatem et minoritatem concor
dancie. 3° primum considerandum est in quo genere 3m
rerum apparebit effectus hoc autem scietur ex
qualibus formis et figuris signi coniunctionis
et signorum in quibus stelle erratice et non
erratice consistunt que in signo coniunctionis
et in signo ascendente coniunctionis dominantur que sunt
eisdem signis duobus locis plures di
gnitates essenciales et accidentales habeat quem ad
docet indicare ptolomeus de genere rerum in quo
accidit effectus eclipsis capitulo 2° c° 1 et
secundum eum considerandus dominum stellarum
fixarum. Iudicabunt illas s. que cum significatoris
coniunctionis et medio ascendente apparuerint
nam imagines quas ipse stelle et que
est directio coniunctionis ascensionis

considerabis et considerabis de aliis et rebus que ille imagines et signa predicta significant, effectus omnes apparebit sicut magis explanat ptolomeus de significatione eclipsis visus et dicit messahalla in libro suo de coniunctionibus planetarum capitulis ix et x et quod coniunctio magna si fuit in signo igneo significat siccitatem et destructionem ut in ix capitulo duorum superiorum in signo igneo et aereo significat siccitatem et aquositatem inferius et quod coniunctio magna si fuit in signo aereo ut dicit messahalla significat multitudinem ventorum et si fuit in signo terreo significat gelu et nives et multitudinem frigoris et coniunctio duorum superiorum in signo igneo significat destructionem seminum et famem et quod coniunctio magna in signo aqueo significat multitudinem pluviarum et coniunctio duorum superiorum in signo aqueo ut in c x significat pluvialem multitudinem et pestilentias si fuerint impediti et cum coniunctio magna fuit in signo humano significat multitudinem infirmitatum in hominibus ut dicit messahalla capitulo xi et sic de formis ceterorum aliorum prout enunciat ptolomeus 2o quadripartiti capitulo satis sufficienter. Et si fuit coniunctio in signo masculino significat destructionem masculorum de aliis ut dicit messahalla capitulo ix et in signo feminino destructionem feminarum ex aliis et capitulo xi cum coniunctio signorum etc infortunatum fuit in aliquo angulo ex angulis animi significat diversitatem et crescentem rerum et multitudinem guerre et res perseverabunt usque dum coniungatur altera vice et capitulo x coniunctio duorum superiorum si fuerit in aliquo angulorum et maxime in medio celi significat elevationem regis aut prophete ex parte eiusdem signi. Et si fuit ipsum signum fortunatum et eciam dominus eius bonum significat hoc esse eius victoriam et durationem. Si vero infortunatum fuit signum et dominus eius similiter significabit interfectionem eius et diminutionem eius et capitulo viii quod coniunctio magna cum fuit in signo fixo significat stabilitatem mali et eius corruptionem. Si tamen fuit in signo mobili significat paucitatem stabilitatis mali et eius corruptionem et in signo communi significat mediocritatem in malo et similiter in bono quarto considerandum est cuius significationis effectus per coniunctionem magnam sive malus sive bonus. Hec autem sciemus ex intentione ptolomei 2o quadripartiti capitulo 8o ubi investigat quando sentietur eius effectus significatus per eclipsim luminarium secundum cuius doctrinam similiter est procedendum considerabis naturas planetarum dictarum et coniunctionem magnam secundum modum quem predixi et considerabis naturam commixtionis earum cum aliis planetis et mixtionis unius earum cum altera ex illis naturis dominiorum et ab eisdem mixtionibus abinvicem tota qualitas accidentium futurorum deprehenditur et uniuscuiusque planete naturam narrabo post et cum consideramus mixtiones predictas stellarum necnon planetarum adinvicem commixtiones observare debemus et etiam naturam earum sive naturarum commixtiones observabimus et hec sunt observanda mixtiones

vera ptolomei et dicit messahalla capitulis ix x xi et xii quod in coniunctione quorumcumque alterum fortior eorum est significator omnis quod si fuit fortuna significabit fortunam malus significabit tribulationem et impedimentum et capitulo x in coniunctione Saturni et Jovis si vincat Saturnus significat detrimentum corporum fortem famem et guerram et capitulo ix et superiores cum iungantur in exaltationibus suis significant bonum et tempus aptationum et multitudinem generationis et bellorum et mutationem et capitulo xii cum iuncta fuit fortuna cum malo apparebit illius qui fuit fortior et si iunctus fuit malus cum malo vincet malum nisi preferunt fortune multe et dicit ptolomeus in centilogo propositione 63 debes aspicere coniunctionem Saturni et Jovis in principiis eorum sunt alacri significat in circulo suo breviter natura secundum hali natura secundum natura eius iudicabit in hoc mundo et similiter facies in 10 residuis coniunctionibus et dicit haly ibidem coniunctiones planetarum inter duos et sunt 21 que in malis in mundo habentur secundum plures. 70 enuntiat diversas coniunctiones inter diversas planetas dicens quod quedam sunt coniunctiones inter duos planetas et quedam inter tres planetas et sunt 37 et alie quatuor et sunt plures 1 et inter eos omnes est una coniunctio. capitulo xii de mixtione significationis orbis magni cum significatione coniunctionis magne et qualiter per illa duo sit pronosticandum

determinabat quod in regione quali effectus coniunctionis dominus orbis significat dicit albumasar differentia tractatus primi capitulo x secundum cum appropinquat tempus mutationis coniunctionis a triplicitate in triplicitatem, si fuit dominus orbis significator mutationis, sectarum et virium ponetur in ista hora incepcio temporis quorum quantitas erit secundum quantitatem ut numerus ex domino orbis coniunctionis significantis diluvium tunc fuit saturnus ut dictum est in differentia prima huius libri vel ex domino orbis coniunctionis que fuit in capite arietis et ponetur eius incepcio in dispositione ipsius temporis deinde dividitur in quartas ad mensuras quartarum animi et ponetur imago quarta eorum quorum initium ex tertia earum annorum quando mutatur tempus de una quarta in aliam in sectis atque regnis ut est de mutatione coniunctionis et aeris et de diversitate eiusdem qualitatis tempore mutationis luminarium maxime a quarta in quartam et ponetur dominus orbis significator prime quarte que est 90 annorum et dominus quarte 2e erit planeta ad quem pervenit orbis a domino quarte prime participabit quod cum dominus quarte prime et exercet res significationibus quarte quod huius modum usque in explicationem earum eius vel secundum est coniunctio que significat diluvium fuit ante coniunctionem significantem sectam arabum 3911 annos sed ipse non potest esse et credo quod fuit vicium scriptoris et preterfuit tunc illi orbi Saturnus, tunc, signo cancri, et fuit diluvium postea per 281 annos per albumasar et per aomar in fine libri sui de nativitatibus et allegat

asamafat quod fuit diluvium propterea per
219 annos et hec magis consonat veri
secundum credo magis quam plures per illam viam
precedit quam per viam albuzar et licet ut ipse volt
albuzar usque inter primum diem anni diluvii
et primam diem anni in qua fuit coniunctio significans
sectam arabum fuerunt 3641 anni et ita nar
raverunt boleus leucomus et alii ex eis
Anni a creatione Ade — quod inter creationem ade et noctem diei ve
neris in qua fuit diluvium fuerunt anni
2226 et menses unus 23 dies et ex hoc
habet albuzar ibidem ultimo dicit quod cum diviseris
annos qui sunt inter coniunctionem diluvii et coniunctionem
significantem sectam arabum per 360 accepto
que unicuique signo unum annum et
ceperimus proiectionem ab ariete perveniet annus
usque ad pisces rursum, si diviseris illos
annos per 360 annos et acceperis uni
cuique orbi signum unum et proieceris a signo
No — dispositoris quod scilicet fuit signum eodem tempore quod
signum cancer perveniet orbis in quo coniunctio
significante sectam usque ad geminos sed
valde mala est ista littera prout declarabo cum
enim diviserimus 3678 qui sunt veri anni
inter coniunctionem significantem diluvium et coniunctionem
significantem sectam arabum per 360 annos
que sunt quantitas unius orbis exibunt 10 or
bes et remanebunt de 11o orbe 378 vel
si 378 diviseris per 12 remanebunt 10 et si
diviseris omnes illos annos 3978 qui fuerunt inter
coniunctionem et coniunctionem per 12 remanebunt
10 et si dederimus cuique unicuique signo
annum et proiecerimus ab ariete perveniet
annus coniunctionis significantis sectam arabum
usque ad aquarium dicit tamen littera albuzar
dicat usque ad pisces et non dubito
quin textus ibidem sit falsus sed fuit vicium
translatoris vel scriptoris cum et diviserimus
3978 per 360 ut dictum est exibunt 10
orbes et remanebunt de 11o orbe 378 cum
igitur completus fuit hic orbis hebimus 11
orbes et tunc incipiet 12 orbes quos
cum proiecerimus a tauro pervenimus usque
ad geminos sed orbis in quo fuit coniunctio
significans sectam nostram pervenit ad taurum
et hoc est quod ipse intelligit ultimo dicit albuzar
ultimo quod si dederimus unicuique planete orbem ex
orbibus et ceperimus proiectionem a planeta cuius est
orbis in coniunctione significante sectam perve
nimus ad venerem sed hoc intelligit
exclusive nam si diviseris 10 orbes
per 7 remanebunt 3 et si inceperimus a
saturno dispositorem finiemus in martem
et erit 29 orbis veneris et orbis
in quo scilicet fuit coniunctio significans sectam fuit
sol ultimo si proiecerimus ab ascendente coniunctionis
que fuit in capite arietis unicuique gradui
annum unum perveniet in coniunctione significante
sectam ad 28m gradum piscium hoc est
necessario iuxta premissum processum cum dicit
in littera quod perveniet ad 20m annum pis
cium sed hoc non potest esse nam cum divi
serimus 1978 per 360 remanebunt ut dictum
est 378 gradus quos cum proiecerimus a capite arietis
pervenimus necessario ad 8m gradum piscium
ut dictum est et ultimo dicit albuzar quod
fuit ab initio super dominum orbis et super dominum
ascendentis ad dominum signum coniunctionis mutate
et licet mars dispositor extiterit prime quarte
coniunctionis annorum ad initio coniunctionis significantis
vel arabum et quarte 2e erit sol et 3e quarte est
mercurius et 4e saturnus et hic sunt domini planete
super dominum orbis et super ascendens ad signum
coniunctionis et secundum comparationem eorum in duo
orbis primus quod est venus et nota quod hec littera
albuzar est valde obscura quia non dicit quis
sit dominus orbis vel quarte neque quis sit dominus
ascendentis neque quod sit signum coniunctionis sed
ipse dicit quod signum coniunctionis fuit scorpio
et nescio quare attribuit dispositionem quarte prime
illius orbis ut dictum est marti et disposito
quarte 2e soli et 3e quarte mercurio et 4e saturno
quia huius dispositio non potest attribui plene
disponenti quia planeta utrum dirisor
de quo locutus est in 2o capitulo precedenti
dispositoris quia dato quod mars disponeret
quartam primam eo quod foret dispositor secundum quod
supposuit disponeret quartam 2am eo quod in fine
annorum perveniret ad ipsum dispositionem exclu
sive et eadem ratione saturnus disponeret
quartam 3am et luna quartam 4am non potest dici
quod mars illud orbem et super quartam
primam illius orbis quia fuit dominus illius orbis
nam anno in quo fuit coniunctio significans sec
tam arabum fuit penultimus annus
5i orbis a coniunctione significante diluvium ut prius
predicta et si dederimus unicuique orbi
planetam incipiendo a saturno qui dominabatur
in primo orbe perveniemus in 11o orbe
ad solem et ita erit sol illius orbis
dominus et in orbe sequente scilicet in orbe 12
dominatur venus et mars non disponit illum
orbem ab initio coniunctionis secte nec
primam quartam eius nec potest dici quod huius
dispositio est quia signum coniunctionis significantis
sectam fuit scorpio quod signum martis
est domus nam et si hoc foret unum non
foret causa quare quarta 2a 29 orbis foret
solis et 3a mercurii et 4a saturni ideo forte
ipse vult intelligere quod huius dispositio
attribuitur ipsis planetis quia ipsi domina
bantur plene in aspectu temporis scilicet mars
in ascendente illius orbis et sol in ascendente
quarte 2e eiusdem orbis et sic de aliis ultimo
dicit albuzar quod aliquando apparet quod in fine
in expletione uniuscuiusque quarte quarum
